

seu loci, ut conferant inter se super difficultatibus Parochiarum, & curis animarum; Conc. Mediolan. l. loc. cit.

28 Eorum officium est inquirere de vita, & moribus Clericorum, an Parochi, & Presbyteri sui Vicariatus habeant libros, quos habere debent, an observent decreta synodalia, an eorum incuria divinus cultus aliquid detrimenti patiatur? & de his omnibus ad Episcopum relationem facere; Concil. Mediolan. loc. cit.

29 Tenentur significare Episcopo curatos non residentes in sua regione; Concil. Mediolan. l. part. 2. tit. de Residentia.

30 Vicarius Foraneus dependet à Vicario Generali, nisi specialiter ab Episcopo justa de causa aliquando ab ejus jurisdictione eximatur; Communis.

31 Non permittit Episcopus Vicarium Foraneum retinere nisi unum Notarium; Sac. Congreg. Immunit. in Spoletana 16. April. 1651. lib. 4. decr. Paul. pag. 181.

32 Vicarii Foranei non habent facultatem extrahendi confugitos; Sac. Congreg. Immunit. in Spoletana 29. Maji 1629. lib. 1. decr. Paul. pag. 139.

33 Quare quoad extrahitionem Sacerdotis, & Clerici factam à Vicario Foraneo, Sacra Congreg. injungit Episcopo reintegrari ecclesiam, & dicti Vicarius consulat conscientiam suam; Sac. Congreg. Immunit. in Theanen. 19. Febr. 1704. lib. 3. decr. Vallem. p. 558.

34 Vicarius Foraneus ob datam licentiam extrahendi ab ecclesia pro facienda recognitione corporis delicti contrahit excommunicationem; Sac. Cong. Immunit. in Urbeverana 31. Aug. 1695. lib. 1. decr. Vallem. pag. 213.

35 Idem contrahit irregularitatem, & pro dispensatione remittitur ad Sacram Congreg. Concil. Sac. Cong. Immunit. ib.

36 Aliquando tamen conceditur eidem facultas extrahendi à locis immunibus ad sex menses, & pro arbitrio Episcopi, ita tamen ut extracti ducantur ad carceres curiæ ecclesiasticæ; Sac. Cong. Immunit. in Camerinen. 16. Novemb. 1639. lib. 2. decr. Paul. pag. 64.

37 Vicarii Foranei dicuntur illi, qui in certa parte diocesis extra civitatem Sedis episcopalis, vel in oppidis pro Episcopum constituuntur, ut ibi jurisdictionem quandam exercent; cap. Romana 1. de offic. ordinarii in 6. Et ab ipsis appellari potest ad Episcopum. Benedict. XIV. de synod. diocesis. lib. 3. cap. 3. num. 5. Antiquissimi sunt, & origo eorum ad Chorepiscopos est referenda. Idem ib. num. 6. Chorepiscopis enim suffecti sunt Archiepiscopi, Archidiaconi, & Decani rurales. Idem ib. num. 7. Vide de Chorepiscopis verb. Episcopus art. 1. num. 36. ad 41. ubi qui ipsi fuerint, quod eorum officium, & quare ab ecclesia sublatis Vicarii Foranei in Italia etiam ante S. Carolum Borromæum esse cœperunt, ut in aliis locis. Idem ib. num. 8. contra aliquos aliter sentientes; sed minorem in Italia obtinent jurisdictionem. Idem ib. num. 9. Si Parochi sint, synodo diocesana intervenire debent. Si non sint, tenentur, si Episcopus eos vocet, idque expedit, quoniam ab istis tamquam oculatis testibus melius, quàm à Vicario Generali certior fieri poterit de iis, quæ in remotis diocesis partibus occurrunt, & aliquam fortasse Sanctionem exposcunt. Idem ib. num. 10.

38 Vicario Foraneo distingui debet is, qui extra Urbem cum aliqua delegatione universitatis causarum ab Episcopo constituitur. Ille enim nec in persona, nec in dignitate constituitur censetur, nec præcedentiam ratione officii supra alios Presbyteros obtinet; Monacell. in formul. legal. practic. l. tit. 1. n. 2. & seq. Schmier. jurisprad. canon. civil. lib. 1. tract. 5. cap. 6. sect. 4. in supplement. q. 1. n. 3. ubi quod solet deputari pro levibus dumtaxat & modicis causis.

39 Hic vero majorem dicitur habere prærogativam, & jurisdictionem. Quinimmo si deputatus sit ad universitatem causarum perinde ac ille qui residet in Urbe, dici poterit Vicarius Generalis, & sic in dignitate constitutus capaxque delegationis Apostolica; & id quia Vicarium Generale non facit qualitas loci, sed generalitas causarum; Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 1. quest. 20. n. 11. Schmier loc. mox citato. ubi quod si rescriptum aliquod Pontificum ad Vicarium Generale dirigatur in

materia gratiosa, erit in arbitrio Impetrantis cuiusmodi illud præsentare velit, poteritque electus ab Impetrante Vicarium ad executionem privative procedere.

VICARIUS GENERALIS EPISCOPI.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt ejus esse, constitutionem, & Jurisdictionem.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Generalis nomine quis intelligatur.
- 2 Vicarius Generalis Episcopi in jure appellatur etiam Officialis.
- 3 Episcopus potest constituere Vicarium Generale ab absque consensu, vel consilio Capituli.
- 4 Immo Episcopus non tantum potest, sed etiam ordinarie tenetur Vicarium Generale constituere.
- 5 Si tamen Episcopus velit cautus per se tractare, sitque peritus jurista, & per se sufficiens ad eas expediendas, præsertim si Episcopatus non sit amplius, cogi non potest ad constituendum Vicarium.
- 6 Secus vero non foret, si Episcopus non esset peritus jurista, & non esset per se sufficiens ad omnia commodè expedienda. Tunc enim cogitur Episcopus Vicarium constituere, vel ei mittitur à Papa, seu à Sac. Congregat.
- 7 Et talis Vicarius est vere Vicarius Apostolicus.
- 8 Episcopus potest etiam binos Vicarios Generales æque principales, seu in solidum constituere, maxime si diocesis sit multum ampla.
- 9 Sed debet eos constituere in eodem loco, ubi Sedem habet.
- 10 Immo potest Episcopus plures habere Vicarios Generales, si ita servetur de consuetudine.
- 11 Et à fortiori, si habeat plures civitates, seu dioceses unitas; nam tunc debet in unaquaque tenere suum Vicarium Generale.
- 12 Præsertim si dicta ecclesie, seu dioceses unite inter se multum distent.
- 13 Rota tamen pluribus adductis, & multi classici Doctores expresse tenent, quod possit Episcopus in uno tantum Episcopatu Vicarium Generale constituere, ad quem accedere tenentur subditi utriusque diocesis, ad num. 14.
- 15 Episcopus non debet habere plura tribunalia, vel plures Vicarios justa numerum dominiorum, ad qua se extendit diocesis, nisi adit ad id specialis concessio, aut provisio Apostolica, aut consuetudo legitime præscripta.
- 16 Vicarius constituitur aliquo in loco, vel parte diocesis cum facultate generali pro omnibus causis ejusdem loci, vel partis, est solum Delegatus, non autem Vicarius Generalis Episcopi, ideoque litteras Apostolicas exequi nequit.
- 17 Episcopus nequit creare Vicarium Generale antequam possessionem Episcopatus apprehenderit, quamvis fuerit per Papam pronuntiatus Episcopus.
- 18 Episcopus debet in Vicarium eligere Clericum saltem primæ Tonuræ, non vero Laicum.
- 19 Clericus conjugatus, licet cum unica, & virgine, non potest esse Vicarius Generalis Episcopi.
- 20 Et multo minus Bigamus.
- 21 Nec Regularis potest esse Vicarius Generalis Episcopi.
- 22 Nisi cum aliis requisitis habeat etiam licentiam Apostolicam, legendi extra clausura.
- 23 Vel nisi sint jurisperiti deputati ab Abbate habentis jurisdictionem quasi episcopalem.
- 24 Sacra Congreg. interdum concedit licentiam assumendi Vicarios Generales.
- 25 Vicarius quoque Patriarche Latini Constantinopolitani solet esse de Minoribus de Observantia.
- 26 Vicarius Generalis in regnis Hispaniarum non po-

test esse, nisi qui in Ordine Sacerdotali est constitutus.

27 Vicarius Generalis, vel Capitularis non potest esse Parochus, maxime si parochiam habeat extra civitatem, & multo magis extra diocesim.

28 Neque potest Vicarium retinere, ex eo quod habeat coadjutorem in parochia.

29 Vicarius Generalis esse non potest nepos, vel filius fratris Episcopi.

30 Nec frater, præsertim si non est Doctor.

31 Immo laudatur qui nec patrelem vult habere Vicarium.

32 Nec alium consanguineum.

33 Nisi hoc Sacra Congreg. ad aliquod tempus concedat propter bonas qualitates subiecti, ac aliorum idoneorum penuriam.

34 Originarius civitatis, vel diocesis non potest esse Vicarius Generalis.

35 Solet tamen Sacra Congregatio sæpe dispensare, ut Episcopus præsertim residens tenere possit Vicarium diocesanum multis de causis, quæ assignantur.

36 Penitentiarius non potest esse Vicarius Generalis.

37 Ut quis possit constitui Vicarius Generalis, debet esse ætatis ralem 25. annorum.

38 Item debet esse Doctor, vel Licentiatum in jure canonico.

39 Aliquando tamen Sacra Congregatio id concedit, præsertim si Episcopus jurista residet.

40 Item Vicarii Abbatum debent esse idonei Doctores, et jurisdictionem exercent extra monasterium.

41 Vicarius Generalis Episcopi habet jurisdictionem ordinariam, & non delegatam.

42 Idem est tribunal, seu auditorium, eadem jurisdictione Episcopi, & Vicarii sui Generalis.

43 Hinc à Vicario Generali regulariter non datur appellatio ad Episcopum.

44 Unde à Vicario Generali Episcopi appellatur, omisso Episcopo, immediate ad Archiepiscopum.

45 Adit. inseruntur.

VICARIUS Generalis nomine intelligitur ille, qui constituitur est ab Episcopo cum generali potestate, ut ejus vices gerat in eodem loco, in quo ipse Sedem habet, ac jus dicere solet, ita ut censetur idem esse Auditorium utriusque; cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. num. 127. cum plurimis ibi citatis, Reiffenstuel. lib. 1. decretal. tit. 28. n. 16. & alii plures; vide infra n. 9.

2 Vicarius Generalis Episcopi in jure appellatur etiam officialis; cap. Cum in generali 3. de officio Vicarii in 6. ibi: Officialis, aut Vicarius Generalis Episcopi, & concordat cap. Cum nullus 3. de temporibus ordinat. in 6. ubi ille ipse, qui antea dicebatur Officialis Episcopi, paucis interjectis lineis, vocatur ipsis in spiritualibus Vicarius Generalis.

3 Episcopus potest constituere Vicarium Generale ab absque consensu, vel consilio Capituli; Communis, sic approbante praxi, & consuetudine universali, quæ in talibus est servanda; cap. Ea noscitur 6. de his, quæ fiunt à Prælati sine consensu Capituli.

4 Immo Episcopus non tantum potest, sed etiam ordinarie tenetur Vicarium Generale constituere; Abbas in cap. Quoniam 14. num. 3. de officio Ordinarii, Reiffenstuel. lib. 1. decretal. tit. 28. num. 65. Bald. in l. Aliquando num. 1. in quarta oppositione ff. De offic. Procons. Lacell. Institut. Canonice. lib. 1. tit. de offic. Vicar. in Glossa verb. Non potest; Covarrub. lib. 3. varior. resol. cap. 20. num. 4. & plures alii, quos allegat Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. num. 125. & Pellegri. de Vicario Generali Episcop. sub sect. 5. num. 1. per text. incap. Volamus 2. cap. Quia in quibusdam 4. dist. 89. cap. In nova 16. quest. 1. cap. Quoniam 14. cap. Inter cetera 15. de officio judicis Ordinarii.

5 Dicitur autem notanter Ordinarie, quia si Episcopus velit causas per se tractare, sitque peritus jurista, & per

se sufficiens ad eas se solo expediendas, præsertim si episcopatus non sit amplius, cogi non potest ad constituendum Vicarium Generale, ut pluries tenuit Rota, & signanter in Calaguriana Fructuum 18. Martii, coram Cavalerio, in Valven. & Salmonen. Præminentiarum 18. Junii 1674. coram Emerix Decano, & in eadem Valven. coram eodem Emerix 11. Martii 1695. Et quod Episcopus non possit coarctari ad retinendum Vicarium, expresse declaravit Sacra Congregat. Concilii 11. Februarii 1696. approbando dictum votum Rotæ editum 18. Junii 1694. & 11. Martii 1695. coram dicti Emerix in Valven. Præminentiarum apud Monacell. part. 1. tit. 1. formul. 1. num. 6. & apud Piton. constituit. ad Episcopos num. 1954. & tenent Doctores plurimi allegati à Barbosa loc. cit. num. 125. à Pellegri. loc. cit. n. 5. à Reiffenstuel loc. cit. num. 66. alique passim.

Secus vero foret, si Episcopus non esset peritus jurista, vel ob vastitatem episcopatus, & ingentem causarum molem, aut ob aliam causam non esset sufficiens per se ipsum solum ad omnia commodè expedienda; quia tunc, ut dicit ipsamet ratio naturalis, teneretur Episcopus Vicarium Generale constituere, ut sæpe Sacra Congregatio diversis temporibus præcipere consuevit; alioquin mittitur illi ab Urbe, vel aliunde Vicarius pro tali officio exercendo, vel cum Brevi Apostolico, vel cum Litteris Sacræ Congregationis, vel cum Patente Episcopi, qui fuit ad hoc compulsus, ut referunt Nicolius in Flosculis verb. Vicarius Generalis sub num. 39. Pellegri. loc. cit. num. 8. & alii.

Qui insuper norant, quod talis Vicarius missus ab Urbe supradictis modis, est vere Vicarius Apostolicus, & jurisdictionem habet privative quoad Episcopum, nec Episcopus illum removere potest; Sacra Congreg. Episcop. in una civitatis Castellane 2. April. 1591. in Mediolanen. 8. Febr. 1594. in Savonen. 17. Septemb. 1605. in Bisinianen. 18. Martii 1632. in Motulen. 5. Augusti 1650.

Episcopus potest etiam binos Vicarios Generales æque principales, seu in solidum constituere, maxime si diocesis sit multum ampla, ut sic expeditioni causarum facilius consulatur, cum facilius expediantur causæ per plures, quàm per unum; cap. Quoniam, de officio Ordinarii, cap. Ad hæc, de officio Archidiaconi, cap. 1. De celebratione missarum, Clementin. Etsi principalis, & ibi Glossa verb. Principalis: ac Cardinalis, & Imola de rescriptis, cap. Prudentiam, ubi Abbas num. 10. de officio Delegati, Ugolin. de officio, & potest. Episcop. cap. 4. §. 6. num. 4. Barbosa cit. allegat. 54. num. 126. Rebuffus in praxi benefice. tit. forma Vicariatus num. 203. Zerola in prax. Episcop. part. 1. verb. Vicarius num. 1. Sbrozz. lib. 1. quest. 50. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. n. 67. Pellegri. loc. cit. num. 10. & alii. Notantes tamen, quod eos constituere debet in eodem loco, ubi Sedem habet: nam Generalis Vicarius dicitur ille, qui constitutus est ab Episcopo cum generali potestate, ut ejus vices gerat in eodem loco, in quo ipse Sedem habet, ac jus dicere solet, ita ut censetur idem esse Auditorium utriusque; cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. Bartolus in l. 1. in fine ff. Qui & à quo appellatur, Maranta de ordine jud. part. 4. disp. 5. num. 8. Sbrozz. lib. 1. quest. 28. num. 7. & quest. 69. num. 2. Pellegri. loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 106. Barbosa cit. allegat. 54. num. 127. cum pluribus ibi allegatis.

Ampliat prædicta conclusio, ut possit Episcopus plures habere Vicarios Generales, si ita servetur de consuetudine; Sac. Cong. in Lanciannem. 24. Martii 1599. & 21. Februarii 1614. apud Quarant. verb. Capitulum Sede vacante: Nicolium in Flosculis verb. Vicarius Generalis num. 40. & Pellegri. loc. cit. num. 12.

Et à fortiori si habeat plures civitates, seu dioceses unitas, nam tunc debet in unaquaque tenere suum Vicarium Generale; Sacra Congreg. Episcop. in Surina 7. Junii 1594. apud Nicolium loc. cit. sub num. 40. Pellegri. loc. cit. num. 13. Piton. constituit. ad Episcopos num. 1919. quamvis ipse fortasse inadvertenter ex Pascuc. referat dictum decretum de anno 1694. 7. Junii.

Et præsertim si dictæ ecclesie, seu dioceses unite 12 in-

BIBLIOTECA CENTRAL



inter se multum distent; quia si una ab altera notabiliter distet, debet Episcopus Vicarium Generalem in diocesi, in qua non residet, deputare, ut respondit Sac. Congr. Concilii in Gerunden. & Cariten. 2. Octob. 1706. in qua distantia triginta milliarium notabilis ad hunc effectum reputata fuit, ut habetur apud Monacell. in Appendic. ad part. 2. decisio. 4. in fine, & apud Pitonium loc. cit. num. 2156.

13 Quamvis tamen Rota die 5. Maji 1660. in Valven. Praeeminentiarum, coram Taja. decis. 1. num. 2. inter impressas apud Monacell. in Appendic. ad part. 2. & refert etiam Pitoni. loc. cit. num. 1325. expresse tenuerit, quod possit Episcopus duarum ecclesiarum in uno tantum Episcopatu Vicarium Generalem constituere, ad quem accedere tenentur subditi utriusque Diocesis, quod & confirmat eadem Rota in eadem Valven. 18. Junii 1694. coram Emerix decis. 3. num. 1. apud Monacell. loc. cit. ubi dicit, quod id tradit Cardinal. in clement. 2. quest. 2. de rescriptis, Sbroz de offic. Vicar. lib. 1. §. 2. sect. 2. subsect. 5. num. 5. Melphiten. ad Gratian. discipulat. 665. numer. 4. Cardin. de Lug. de jurisdiction. disc. 22. num. 10. & de praeminent. discurs. 7. num. 21. Posth. de manutent. obseq. 53. num. 9. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 54. num. 129. & seq. Frances de ecclesiis cathedralibus c. 8. n. 378. & 384. Rota decis. 418. num. 3. coram Cavalerio, & decis. 2138. num. 12. & seq. & signanter num. 16. coram Cocco. Et ratio est, quia licet duae sint materiales ecclesiae, formaliter tamen ratione unionis habentur pro unica; cap. 1. Ne Sede vacante, cap. Sicut unire, de excessibus Praelator. Innocent. in cap. Novit in fine, de offic. Legat. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 29. Rota decis. 477. num. 2. coram Reboldo, haec Rota loc. cit. num. 1. ubi num. 2. sic subjungit: "Immo quod plus est, potest netiam nullum habere Vicarium, & negotia explere pro semetipsum," ut in d. decis. 418. num. 10. coram Cavalerio. Et ibidem num. 3. sic addit: "Potest enim Episcopus in quacumque parte suae diocesis tribunal verigere, & subditorum causas cognoscere," cap. Cum Episcopus, ibique Doctores, de officio Ordinarii in 6. Mandos. conil. 27. Bertachin. de Episc. part. 5. lib. 4. q. 38. num. 6. "Nec sic per indirectum cogi debet alibi, quam in loco suae residentiae, vel consueto, Vicarium retinere, vel mittere contra mentem Sacri Concilii Trident. sess. 25. de reform. cap. 6. ibi: "In ejus domo, sicut consueto tribunali procedere teneatur; nec applicentur auctoritates, & decreta Sacrae Congregationis Concilii in contrarium allata, quia intelligenda, ac recipienda sunt, prout etiam pleraque loquuntur, in causa, quo subdit consuetudo retinendi distinctum tribunal, ac Vicarium in utraque diocesi, aut maxima sit inter unam, & alteram distantia locorum."

14 Et idem iterum confirmavit eadem Rota in eadem Valven. 11. Martii 1695. coram eodem Emerix. Decano decis. 4. num. 1. & 3. apud Monacell. loc. cit. ibi: "Quo enim ad secundum certum est, quod duae ecclesiae vigore unionis etiam aequae principalis existentes sub uno Episcopo (quidquid sit respectu ipsarum ecclesiarum, quae conservant singulae suam essentiam, praeminentias, ac privilegia secundum auctoritates in contrarium allegatas) respectu Episcopi habentur pro unica, cap. 1. De Sede vacante, cap. Sicut unire, de excessibus Praelator. Rota in Amparian. seu Civitaten. unionis 10. Junii 1686. §. Quoniam, vers. Quoad Episcopum, coram Reverendissimo Dom. Archiepiscopo Mediolanensi. Et ideo sufficit, quod Episcopus unum tantum Vicarium Generalem deputet pro ambabus diocesis, ut praeter vetustiores auctoritates in decis. relatas ex modernioribus tradunt Pellegri. in praxi. Vicari. part. 1. sect. 2. sub sect. 5. num. 5. Metol. in theolog. moral. part. 3. disp. 6. cap. 6. dub. 9. num. 73. Ventringli. part. 2. in praxi. eccler. annot. 14. §. 1. num. 4. Idque procedit, nedum quando Episcopus residet in diocesi, verum etiam, quando abesse cogitur ab illa; nam in utroque casu militat eadem ratio unitatis ecclesiarum, seu diocesis quoad semetipsum; Immo sicuti, ubi residet, nec archatut illum retinere Vicarium Generalem,

sed potest per se solum causas cognoscere, caeteraque explere negotia suae diocesis, ut dicit Rota decis. 418. sub num. 10. coram Cavalerio, ita etiam absens unum deputat Vicarium Generalem relinquere valet, qui vices suppleat sui ipsius. Nec subsistit peculiaris consuetudo Episcoporum Valven. seu Sulmon. retinendi duos Vicarios Generales in utraque diocesi ex Ughell. in Ital. Saer. tom. 1. fol. 250. tit. Valven. & Sulmonen. Episcop. qui hic non loquitur nominatim de Vicario Generali, sed de Vicario Vicegerente, & sic etiam intelligi valet de Vicario Foraneo. Ultra quod quatenus etiam constaret, quod Episcopus pro unaquaque diocesi deputasset Vicarium Generalem, ex deputationibus hisce, tamquam mere facultatis, nulla adversus ipsos allegabilis est consuetudo, sive praecriptio, ut per Rotam dec. 306. num. 3. coram Caputaquen. & decis. 418. n. 9. coram Cavalerio.

Episcopus non debet habere plura tribunalia, vel plures Vicarios, juxta numerum domitorum, ad quae diocesis se extendit: Sacra Congr. Episcop. in Avenni 16. Februarii 1604. apud Nicolium in flosculis, verb. Vicarius Generalis num. 40. in fine, apud Pellegri. loc. cit. num. 14. Nisi tamen alicubi ob justas, & graves causas haberetur ad id specialis concessio, seu provisio Apostolica, aut consuetudo legitime praescripta.

Vicarius constituitur in aliquo loco, vel parte diocesis cum facultate generali pro omnibus causis ejusdem loci, vel partis, est solum delegatus, non autem Vicarius Episcopi Generalis, ideoque literas Apostolicas exequi non potest; Sic Sac. Congr. in una Nullius 22. Decemb. 1628. apud Nicolium loc. cit. num. 48.

Episcopus nequit creare Vicarium Generalem, antequam possessionem Episcopatus apprehendat, quamvis fuerit per Papam pronuntiatus Episcopus; Barbosa cit. alleg. 1. 54. num. 3. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 43. q. 2. Nicolius loc. cit. num. 39. & alii passim.

Episcopus debet in Vicarium eligere Clericum saltem primae Tonsure, non vero Laicum; nam Laicis non licet ecclesiasticis tractare negotia; cap. Decernimus 2. de iudiciis, cum similibus, Barbosa cit. allegat. 55. n. 4. cum communi aliorum.

Clericus conjugatus, licet cum unica, & virgine, non potest esse Vicarius Generalis Episcopi; Sac. Congr. Episcop. in Tregurien. 11. Septembris 1612.

Et multo minus Bigamus; cap. unic. de Clerico conjugat. in 6.

Nec Regularis potest esse Vicarius Generalis Episcopi; Sac. Congr. Episcop. & Regular. in Arculana 15. Jan. 1597. in Molulana 8. Maji 1615. in Spalaten. 12. Apr. 1619. & saepe alibi. Nisi cum aliis requisitis habeat etiam licentiam Apostolicam degendi extra claustra; Sac. Congr. Episcop. in Caputaquen. 17. Nov. 1593.

Vel nisi sit Abbas, qui habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in personas seculares; nam hic potest deputare Vicarium Monachum jurisperitum; quod si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum Secularem Doctorem; etsi id minus fieri possit, poterit facere Vicarium Monachum non Doctorem assignando ei Doctorem pro Assessore, sine cuius consilio nihil facere possit; quod requirit altiorum indaginem; Sac. Congr. Episcop. in Calaguriana 23. Decemb. 1603. & 21. Novemb. 1605; apud Nicolium loc. cit. sub num. 34. Vide infra num. 40.

Et Sac. Congr. Episcop. aliquando concessit licentiam assumendi Regulares in Vicarios Episcopales Caelestinos, & etiam Dominicanos, ut in Puteolana 3. Februarii 1593. in Tragarinen. 15. Julii 1606. & in Verana 16. Novembris ejusdem anni apud Nicolium l. c.

Vicarius quoque Patriarchae Latini Constantinopolitani solet esse de Minoribus de Observantia; Sac. Congr. Episcop. & Regular. 22. Decembris 1618. apud Nicol. loc. cit.

Vicarius Generalis in regnis Hispaniarum non potest esse, nisi qui in Ordine Sacerdotali est constitutus; Urban. VIII. constituit. incip. Decet Romanum;

Vicarius Episcopi, vel Sede vacante, non potest esse Parochus habens curam animarum; Sac. Congr. Conc.

sub die 13. Maji 1629. apud Barbosam in Summa Apostolic. decis. verb. Vicarius Generalis Episcopi num. 3. Et maxime si curam animarum habeat extra civitatem, & multo magis, si extra diocesium, non potest esse Vicarius, ut decrevit saepe saepius Sac. Congr. Episcop. apud Nicol. loc. cit. num. 37. & in compendio Episcop. verb. Vicario num. 7. ubi dicta decreta congerit; Generaliter enim esse Parochum, & Vicarium, sunt officia male compatibilia in eadem persona; Sac. Congr. Episcop. in Metzana 19. Januarii 1603. Ex eo quod, ut quis bene exerceat alterum ex dictis officis, alteri necessario deesse cogitur; Sac. Congr. Episcop. in Sutrina 16. Novemb. 1640. Neque potest Vicarium retinere ex eo quod habeat Coadjutorem in parochia; Sac. Congr. Episcop. in Albinganum. 8. Junii 1621. apud Nicol. in flosculis loc. cit. sub num. 37.

29 Vicarius Generalis esse non potest nepos, vel filius fratris Episcopi; Sac. Congr. Episcop. in Hortunen. 19. Septembris 1577. in Murana 4. Febr. 1611. in Tranen. 17. Junii 1622. in Meliten. 18. Junii 1624. & saepe alibi.

30 Nec frater, praesertim si non est Doctor; Sac. Congr. Episcop. in Comen. 2. Decemb. 1578. in Messana 11. Januarii 1600. Immo laudatur, qui nec patruellum vult habere Vicarium; Sac. Congr. Episcop. in Tarentina 6. Aprilis 1611. Nec alium consanguineum; Sac. Congr. Episcop. in Arianen. de anno 1636. apud Nicol. in flosculis loc. cit. sub num. 35.

33 Nisi hoc Sac. Congr. ad aliquod tempus concedat propter bonas qualitates subjecti, ac aliorum idoneorum penuria; Sac. Congr. Episcop. in una Nullius Piscis 1. Octobris 1655.

34 Originarius civitatis, vel diocesis non potest esse Vicarius, nam propter consanguinitates, affinitates, familiaritates, & alias antinobias, potest deviare a recta justitia, & se reddere partibus suspectum; Sac. Congr. Episcop. in Hortunen. 28. Julii 1587. in Spalaten. 9. Martii 1593. in Senogallien. 10. Februar. 1598. in Sutrina 16. Novemb. 1640. & pluribus aliis omissis in Monopolitana 21. Augusti 1711. Ponente Card. Grimaldo, & saepissime alibi, ut adducit Ursaya tom. 3. part. 2. decis. 8. num. 11. & sequentibus. Et novissime statutum fuit in Concilio Romano celebrato sub Benedicto XIII. anno 1725. ubi tit. 8. cap. 2. sic expressè habetur: Episcopi praetera in Vicariis generales suos fratres, aut nepotes, aut propria Episcopalis Urbis cives non eligant.

35 Solum tamen Sac. Congr. saepe dispensare, ut Episcopus praesertim residens tenere possit Vicarium diocesanum; dummodo non det occasionem querelarum, & hoc multis de causis, & signanter si Episcopus adhuc extraneum idoneum invenire non poterit; Sac. Congr. Episcop. in Melphiten. 11. Augusti 1645. in Fundana 25. Maji 1644. in Tropien. 29. Januarii 1650. Item si Vicarius exterius non tam cito possit accedere; Sac. Congr. Episcop. in Melphiten. 9. Octobr. 1645. Item propter tenuitatem fructuum Ecclesiae; Sac. Congr. Episcop. in Sutrina 7. Decembris 1640. Item propter aeris intemperiem; Sac. Congr. Episcop. in Fundana 29. Septemb. 1645. Item propter notitiam bonarum qualitatum talis Vicarii diocesis, in qui sit eximius in regimine; Sac. Congr. Episcop. in una Montis Falisci 4. Septembris 1648. & in una Civitatis Plebis 4. Martii 1649.

36 Penitentiarium non potest esse Vicarius Generalis, ne suspentionem ingerat, quod in administratione justitiae utatur scientia Confessionis, nisi tanta sit apud omnes bona fama, & opinio, ut excludatur hujusmodi suspicio; Sac. Congr. Episc. in Ariminen. 18. Januarii 1611.

37 Ut quis possit constitui Vicarius Generalis, debet esse aetatis saltem 25. annorum; Azorius insit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. quest. 10. Alzed. de praecellent. Episcop. dignitat. part. 1. quest. 2. num. 3. Nicolius in flosculis loc. cit. num. 29. Barbosa cit. allegat. 54. sub num. 3. Homobon. de humanae vitae statutis cap. 7.

vers. Aetas, ubi etiam addit, nec posse Episcopum dispensare super minori aetate sui Vicarii Generalis.

Item debet esse Doctor, vel Licentiatum in iure canonico; Sac. Congr. Episcop. in Polignanen. 28. Augusti 1582. in Triventina 6. Octobris 1645. & saepissime alibi; unde si ad Sacram Cong. Episcop. habeatur recursus contra Episcopum non retinentem Vicarium jurisperitum, solet ipsa demandare, ut retineat Vicarium Generalem Doctorem, ut testatur Monacell. part. 2. tit. 16. formul. 2. num. 3. Et hoc praecipue locum habet, quando Episcopus ipse Theologus sit, & non jurista; Sac. Congr. Episcop. in Arden. 23. April. 1591. Ne semper indigeat Assessore; Sac. Congr. Episcop. in Casacen. 11. Maji 1594. & in una Montis Falisci 12. Augusti 1650. Nec sufficit esse Theologum; Sac. Congr. Episcop. in Surreina 15. Novemb. 1605. Et interim donec provideatur, datur Doctor pro Consultore; ibidem.

Aliquando tamen Sacra Congr. Episcop. concessit posse Episcopum tenere Vicarium non Doctorem, alias tamen idoneum, praesertim dum Episcopus jurista residet; ead. Sacra Congr. in Tragaruten. 15. Junii 1590. & in Orien. seu Orisana 29. Martii 1593. Item Vicarii Abbatum debent esse Idonei Doctores, si jurisdictionem exercent extra monasterium; Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Caleritana 23. Decemb. 1603. Vide supra num. 23.

Vicarius Generalis Episcopi habet jurisdictionem ordinariam, & non delegatam; sic colligitur ex cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. & cap. Romana 3. §. 1. de Appellat. in 6. ac tenet expresse Glossa in cit. Romana verb. Generaliter, & alia Glossa in cap. Licet verb. Officiale, de Officio Vicarii in 6. Nicolius in flosculis verb. Vicarius Generalis num. 45. Pellegri. in praxi Vicar. part. 1. sect. 2. sub sect. 3. ad num. 1. ad 6. ubi, pluribus adductis, id solide probat, & solvit contraria. Statim enim ac ab Episcopo constituitur, eo ipso a lege, seu canone jurisdictionem accipit, arg. cap. 2. de officio Vicarii in 6. & notat Barbosa part. 3. de officio, & potest. Episcop. alleg. 54. num. 44. Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 29. num. 13. Pagnan. in cap. Quod nobis num. 45. de clandestina desponsat. & alii plures; vide verb. Jurisdicctio ad num. 15. ad 17. ubi late de hac Vicarii Generalis jurisdictione.

Idem est tribunal, seu auditorium, eademque jurisdictione Episcopi, & Vicarii sui Generalis; textu expresso in cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. ibi: Cum sit idem auditorium utriusque, & in cap. Romana 3. de appellatibus in 6. ibi: Cum unum, & idem consistorium, sive auditorium sit censendum.

Hinc a Vicario Generali regulariter non datur appellatio ad Episcopum, textu expresso in cit. cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. addita ratione, Ne ab eodem ad seipsum (cum sit idem auditorium utriusque) appellatio interposita videatur; & in cit. cap. Romana 3. §. 1. de appellatibus in 6. ibi: Ne ab eisdem ad seipsum interponi videatur. Unde a Vicario Generali Episcopi appellatur, omissis Episcopo, immediate ad Archiepiscopum; Rota part. 13. recent. decis. 282. numer. 5. & part. 14. decis. 115. num. 210. & communis Doctorum.

Nonnumquam duo constitui solent Vicarii Generales aequae principales. Dubitari propterea contingit utri delegaciones Apostolicas censeantur commissae.

Porro si agatur de rescripto gratioso, ille ex duobus Vicariis erit delegatus Apostolicus, cui ab Impetrante fuerit illud praesentatum. Rescriptum vero licet gratiosum unum Vicario jam praesentatum haud potest alteri Vicario praesentari; Layman in cap. 1. num. 7. de offic. Vicar. Leuren. de Vicar. cap. 1. §. 2. q. 34. n. 2.

Quod si res sit de rescripto contentioso consentientibus partibus, aut nil opponente eo, contra quem ipsum impetratum est, potest etiam quilibet eorum eligi partibus vero dissentientibus, ad eundem est Papa, qui debet declarare, utrum eorum delegaverit; Barbosa in cap. Quoniam num. 10. de offic. delegat. Wiestner in decret. lib. 1. tit. 28. num. 27.



ARTICULUS II

Quoad ea, quae potest, vel non potest Vicarius Generalis.

SUMMARIUM.

- 1 Vicarius Generalis, ad hoc ut suum munus plene, & libere exercere possit, debet esse constitutus ab Episcopo in spiritualibus, & temporalibus.
- 2 In generali Vicarii constitutione conceduntur tantum quae in generali mandato continentur, etiamsi adesse clausula: Dantes, & concedentes ei plenam, & liberam potestatem.
- 3 Vicarius Generalis ad officii sui generaliter commissi ordinarie potest ea omnia, quae Episcopus.
- 4 Nisi tamen aliquid fuerit specialiter in iure exceptum, aut res sit ita gravis, & ardua, ut eam Episcopus non esset illi in specie verisimiliter concessurus.
- 5 Vicarius Generalis etiam sine speciali mandato potest confirmare electos, & instituire presentatos ad iurisdictionem.
- 6 Vicarius Generalis sine speciali mandato potest monitoria sub poena excommunicationis ad finem revelationis pro rebus deperditis, seu subtrahitis concedere.
- 7 Vicarius Generalis, absente Episcopo, processiones indicere, & dirigere potest cum consensu capituli.
- 8 Vicarius Generalis cognoscere potest de causis mensae episcopalis, & iudicare prout iustum fuerit.
- 9 Item potest exequi commissiones, & literas Apostolicas, quae prius directae fuerant Vicario Capitulari, non adhuc executae.
- 10 Item potest esse Delegatus Papa, & Executor Gratiarum Apostolicarum.
- 11 Item potest ex vi mandati generalis Confessiones Sacramentales audire, aliiisque eas audiendi facultatem concedere.
- 12 Item potest absque speciali commissione interesse Matrimonii, & aliis Sacerdotibus assistendi licentiam concedere.
- 13 Et id potest Vicarius Generalis, etiamsi sit tantum Clericus, & non Sacerdos.
- 14 Licentia tamen assistendi Matrimonio non potest ab ipso Vicario, sicut nec a Parocho concedi alicui, qui non sit Sacerdos.
- 15 Vicarius Generalis potest petere salarium ab Episcopo, quod non potest esse minus quinquaginta aureis pro quolibet anno, vel centenis monetis.
- 16 Non potest tamen loco salarii, seu provisionis Episcopus assignare Vicario emolumenta Cancellaria.
- 17 Vicarius Generalis potest petere a iudice laico auxilium brachii secularis in causis, in quibus potest Episcopus.
- 18 Vicarius Generalis Archiepiscopi, ipso Archiepiscopo absente, & a sua Provincia distante, potest interueniente iusta aliqua, & gravi causa, Episcopos Suffraganeos suspendere, interdicere, & excommunicare.
- 19 Non potest Vicarius Generalis, etiamsi fuerit Episcopus, ex generali commissione, sine speciali mandato Episcopi, exercere ea, quae sunt ordinis Episcopalis.
- 20 Item non potest sine speciali mandato synodum congregare.
- 21 Item non potest suo arbitrio constitutiones synodales mutare.
- 22 Item non potest sine speciali commissione diocesim visitare.
- 23 Item non potest sine speciali mandato cathedralicum, seu Synodaticum exigere.
- 24 Item non potest sine speciali mandato imponere, & exigere charitativum subsidium.
- 25 Item nequit se intrumittere in causis criminalibus.
- 26 Item nequit beneficia conferre. Neque potest sine speciali mandato resignationes, & permutationes beneficiorum admittere, & approbare.

- 27 Immo etiamsi Vicarius habeat speciale mandatum ad recipiendas resignationes beneficiorum, adhuc non potest conferre beneficia coram ipso resignata sine speciali mandato ad conferendum.
- 28 Neque potest beneficia unire, neque uniones revocare, aut ecclesias dividere.
- 29 Neque potest beneficia erigere, aut iurisdictionis fundationi consensum prestare.
- 30 Item neque potest beneficia suppressere.
- 31 Neque iurisdictionem reservare alicui ex causa donationis, vel constructionis.
- 32 Neque donationis iurisdictionis decretum interponere, vel auctoritatem, seu assensum prestare.
- 33 Neque presentare ad beneficium iurisdictionis ad Episcopi presentationem pertinens.
- 34 Neque novas Parochias erigere, nec alia beneficia creare, neque in creatione nova dignitatis auctoritatem prestare.
- 35 Neque pensionem imponere super beneficiis.
- 36 Neque coadjutorem Vicarium Reftori imperio deputare.
- 37 Neque economum Ecclesiae constituere.
- 38 Neque aliquem ab ordine deponere, aut amovere a suo beneficio, officio, vel administratione.
- 39 Neque aliquem Clericum exilio condemnare, aut ad exilium revocare.
- 40 Neque ecclesias dirutas in matrices erigere, vel in alias viciniores ecclesias transferre.
- 41 Neque mutare statum alicuius ecclesiae.
- 42 Neque alienare res ecclesiae, aut in alienationibus, seu transactionibus earundem rerum decretum interponere.
- 43 Neque concedere licentiam aedificandi nova monasteria, & conventus.
- 44 Neque, dum celebrat, habere duos Capellanos, seu Clericos cum cotta interuenientes.
- 45 Neque in altari quatuor candelas accensas tenere.
- 46 Neque facere circulum in missa solemnium cum Canonici.
- 47 Neque baldachinum erigere, absente Episcopo, in ecclesiis exemptis, inuitis Monachis.
- 48 Neque absente, vel impedito Episcopo facere functiones Episcopales.
- 49 Neque sumere paramenta de altari.
- 50 Neque missas Conventuales, aut Pontificales celebrare, nec SS. Sacramentum, aut sacras reliquias paratas deferre, nec aliter se immiscere functionibus ecclesiasticis, sed tantum praesente, ut omnia suo ordine fiant.
- 51 An possit uti annullo, dum celebrat.
- 52 Nec potest prohibere Canonici, ne officium inchoent, donec ipse veniat.
- 53 Neque praesendere, ut ipsi missam solemnem cantant assistant Canonici.
- 54 Neque potest dare benedictionem Diacono, antequam cantet Evangelium, neque benedicere Praedicatori, antequam ascendat pulpitum.
- 55 Neque potest impedire, quod Parochi denunciationem faciant, atque sua licentia.
- 56 Neque potest interuenire in capitulo, si sit exemptum, vel si nolint Canonici.
- 57 Immo neque absente Episcopo potest interuenire in capitulo.
- 58 Et si sit de capitulo, debet inde exire, ubi tractandum fuerit de rebus ad suum, vel Episcopi commendam pertinentibus.
- 59 Neque concedere licentiam alicui Episcopo exercendi Pontificalem in sua diocesi, nisi habeat ad id speciale mandatum.
- 60 Neque sine speciali commissione remittere denuntiationes matrimoniales.
- 61 Neque pro matrimonialium dispensatione potest quidquam quamvis minimum, & sponte datum recipere.
- 62 Neque de iure potest sine speciali mandato indulgentias concedere.
- 63 Neque sine speciali commissione interdicta relaxare.

Ne-

- 64 Neque dimissorias, seu commendatitias literas pro ordinibus recipiendis subditis concedere, nisi Episcopo ita absente; & in remansis agente, ut non nisi post longum tempus aduentus eius spectetur.
- 65 Neque alium Vicarium substituere.
- 66 Neque absolovere a caribus Episcopo reservatis.
- 67 Neque dispensare in irregularitatibus, & absolovere a suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, ac ab aliis casibus occultis Sedis Apostolicae reservatis.
- 68 Neque absolovere ab excommunicatione Canonis Si quis suadente diabolo.
- 69 Neque cognoscere de crimine haeresis.
- 70 Immo neque de licentia Episcopi potest absolovere subditos in foro conscientiae a crimine haeresis.
- 71 Neque explorare voluntatem puella habitum regularem suscipere, aut professionis votum emittere volentis.
- 72 Neque causas restitutionis in integrum cognoscere.
- 73 Neque deferre iuramentum purgationis canonicae.
- 74 Neque consentire, ut Metropolitanus cognoscat causas Clericorum in prima instantia.
- 75 Neque cognoscere de causa delegata Episcopo, nisi in rescripto addita sint verba illa: Sive ejus Generali Vicario.
- 76 Neque causas feudales cognoscere.
- 77 Neque auctorare exemplum ex originali sumptum.
- 78 Neque repraesalitis concedere.
- 79 Neque bona Clericorum confiscare.
- 80 Neque panes corporales in pecuniarias convertere.
- 81 Neque condemnatum reum absolovere.
- 82 Neque exercere potestatem doctoranli, quam habet Episcopus ex privilegio.
- 83 Neque exequi pias defunctorum voluntates.
- 84 Quomodo dignoscatur, an pro quibusdam casibus habeat Vicarius Generalis mandatum speciale, vel non.
- 85 Vicarius Generalis non potest lucrari distributiones, nisi choro interit.
- 86 Alia usque in finem satis summata referuntur, ad num. 114.
- 115 Additiones subnectuntur.
- 1 Vicarius Generalis, ad hoc ut suum munus plene, & libere exercere possit, debet ab Episcopo constitui in spiritualibus, & temporalibus, nec sufficere, si constituitur in spiritualibus tantum, vel temporalibus, quia sub tali forma verborum non esset rigorose Vicarius Generalis, arg. cap. Si Episcopus 3. & cap. Ecclesiae Cathedrali 4. de supplicanda negligent. Prelatorum in 6. ibi: In spiritualibus, & temporalibus; Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episcopi. allegat. 54. numer. 57. Rebuffus in praxi benef. part. 1. tit. de Vicar. Episcopi. num. 16. & in forma Vicarior. Sbrox de officio Vicarii lib. 1. quaest. 26. num. 1. cum seq. Pavinus de offic. & potest. capitul. Sede vacante cap. 2. quaest. 12. num. 6. Pellegri. in praxi Vicarior. p. 1. sect. 2. sub sect. 1. num. 1. & alii contra alios. Et ratio est, quia ecclesia habet & spiritualia, & temporalia; cap. Si quis 1. quaest. 3. adeoque debent in forma Vicariatus ambo exprimi; cap. Licet 2. de officio Vicarii in 6. cap. Romana 1. de officio Ordinarii in 6. cap. Romana 3. de appellationibus in 6. cap. Statum 9. & cap. Statuta 20. de haeresibus in 6. Sic per haec iura docet Pellegri. praxi Vicar. part. 1. sect. 2. sub sect. 1. n. 1. cum aliis ibi citatis.
- 2 In generali Vicarii constitutione conceduntur tantum quae in generali mandato continentur, etiamsi adesse clausula: Dantes, & concedentes ei plenam, & liberam potestatem, arg. text. in l. Procurator. cul. ff. de Procuratoribus, cum similibus, Barbosa loc. cit. num. 59. Rebuff. loc. cit. num. 30. Pellegri. loc. cit. num. 8. & alii.
- 3 Vicarius Generalis vi officii sui generaliter commissi ordinarie potest ea omnia, quae Episcopus; Rebuff. in praxi benef. tit. forma Vicariatus num. 30. & seq. Garciae de benef. part. 5. cap. 8. num. 65. & seq. Pirhing. lib. 1. decretal. tit. 28. num. 41. Reiffenstuel

ibid. num. 76. & alii plures; & ratio est, quia Vicarius Generalis constituitur unum Tribunal cum Episcopo; cap. Non putamus 2. de consuetudine in 6. ejusdem personam representat; cap. Romana 3. de appellationibus in 6. adeoque quod Episcopus, censetur & ejus Vicarius posse. Nisi tamen aliquid fuerit specialiter in iure exceptum, ut de se clare patet, & omnes fatentur; aut res sit ita gravis, & ardua, ut eam Episcopus non esset illi in specie verisimiliter concessurus, arg. cap. Cum in generali 3. de officio Vicarii in 6. ibi: Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quae non esset quis verisimiliter concessurus, & concordat cap. In generali 81. de regul. juris in 6. ibi: In generali concessione non veniunt ea, quae quis non esset verisimiliter in specie concessurus; Sed res sit talis, ut exigat speciale mandatum, arg. cap. Qui generaliter 5. de Procuratoribus in 6. ibi: Qui generaliter constituitur ad negotia Procurator, agere, ac experiri potest, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale. (Videatur lib. B pag. 362. ante num. 11. pag. 390. num. 27. prope med. ac lib. I pag. 75. num. 19. & 20.)

4 Vicarius Generalis etiam sine speciali mandato potest confirmare electos, & instituire presentatos ad iurisdictionem; cap. Ex frequentibus 3. de institutionibus, Glossa verb. Non possunt in cap. final. de officio Vicar. in 6. Roch. de iure patronat. verb. Competens quaest. 31. num. 66. & 67. Lambertin. eod. tract. part. 3. lib. 2. art. 5. quaest. 1. in princip. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 20. n. 7. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 8. §. 1. numer. 74. Pellegri. loc. cit. num. 4. Barbosa cit. allegat. 54. num. 70. cum Rota, & Sacra Congreg. ibi cit. testans de communi Doctorum contra Rolandum, & Robuffum.

5 Vicarius Generalis sine speciali mandato potest monitoria sub poena excommunicationis ad finem revelationis pro rebus deperditis, seu subtrahitis concedere; sic pluries declarasse Sacra Congreg. Concil. referat Garciae de beneficiis part. 5. cap. 8. num. 98. Pellegri. loc. cit. num. 92.

6 Vicarius Generalis, absente Episcopo, processiones indicere, & dirigere potest cum consensu capituli; Sacra Congreg. Concilii apud Barbosa in Sum. Apostol. de iur. verb. Vicarius Generalis Episcopi quam habet auctoritatem num. 2.

7 Potest Vicarius Generalis cognoscere de causis mensae episcopalis, & iudicare, prout iustum fuerit; Sacra Cong. Episcopi in Lerinens. 3. Octobris 1586.

8 Item potest exequi commissiones, & literas Apostolicas, quae prius directae fuerant Vicario Capitulari, non adhuc executae; Sacra Congreg. Episcoporum Parmen. 6. Augusti 1614.

9 Item potest esse delegatus Papa, & executor gratiarum apostolicarum, quia est in dignitate constitutus; Clementin. Etsi principalis 2. de rescriptis.

10 Item potest ex vi mandati generalis Confessiones Sacramentales audire, aliiisque eas audiendi facultatem concedere; Barbosa supra Concilii Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. num. 25. tum Sanchez, Campanil. Narbona, Navar. Moneta, & alii ibi citatis; Pellegri. loc. cit. num. 17. Venitrigl. in praxi rarum notabilium 1. 21. annot. 15. §. 1. num. 28. Merol. theol. moral. 3. part. disp. 7. cap. 7. dub. 41. num. 176. qui testatur de magis communi, & verissima sententia contra Barbossam de offic. & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 54. num. 91. & alios apud ipsum tenentes; Vicarium Episcopi non posse sine speciali mandato facultatem concedere aliis Sacerdotibus audiendi Confessiones Sacramentales.

11 Item potest ex proprio officio absque speciali commissione interesse Matrimonii, & aliis Sacerdotibus assistendi licentiam concedere; Vicarius etiam Generalis venit appellatione ordinarii; Communis; cum Barbosa de offic. & potest. Episcopi. part. 2. alleg. 32. n. 117. Venitriglia l. c. n. 27.

12 Et id potest Vicarius Generalis, etiamsi sit tantum Clericus, & non Sacerdos; Basilius Pontius tract. de Sacram. Matrim. lib. 5. cap. 11. num. 11. Barbosa cit. alleg. 32. num. 120. & alii contra multos alios ibi cit.

FERRAR. BIBLIOT. TOM. IX.

BIBLIOTECA CENTRAL



tatos, & Pellegrinum loc. cit. num. 27. & alios ab ipso allegatos. Et ratio nostra est, quia adversarii, ut notat Barbosa loc. cit. defendunt contrarium ex eo tantum fundamento, quod non sufficit in contrahendo Matrimonio presentia Parochi, qui non sit Sacerdos: Hoc autem est falsum, cum Sac. Congr. Concilii in Abulensi 12. Martii 1593. lib. 7. decret. fol. 193. apud Monac. tom. 2. tit. 16. formul. 2. num. 34. & apud Piton. const. ad Parochos num. 160. expresse declaraverit, quod Parochus valide, & licite assistit Matrimonio, etiamsi nondum sit Sacerdos; adeoque &c. Tum quia eadem Sac. Congr. Concil. 4. Julii 1602. lib. 10. decret. fol. 47. apud Monacell. loc. cit. declaravit, quod Matrimonium contrahi potest valide, non solum coram sacerdote habente facultatem a Vicario Generali, sed coram Vicario Generali perinde ac coram Parocho. Unde cum ex alio adducto decreto Parochus valide, & licite assistat Matrimonio, etiamsi nondum sit Sacerdos, idem etiam dicendum venit de Vicario Generali nondum sacerdote.

14 Licentia tamen assistendi Matrimonio non potest ab ipso Vicario Generali, sicuti nec a Parocho concedi alicui, qui non sit Sacerdos; arg. Concil. Trid. sess. 24. de reform. Matrimon. cap. 1. ubi expresse requirit, ut delegandus sit Sacerdos, ibi: *Vel alio sacerdote; Vide verb. Impedita Matrimonii art. 1. num. 68.*

15 Vicarius Generalis potest petere salarium ab Episcopo, quod Salarium non potest esse minus quinquaginta aureis pro quolibet anno; sic declaravit Sacra Congr. Episcop. in Ventimiliis. 8. Martii 1606. Vel centenis monetæ; eadem Sac. Congr. Episcop. in Cajetana 5. Febr. 1616. apud Nicolium loc. cit. num. 52. & Pellegrinum l. c. n. 21.

16 Non potest tamen loco salarii, seu provisionis Episcopus assignare Vicario emolumenta Cancellariæ, ut evitentur fraudes; eadem Sac. Congr. Episcop. in Senogallien. 16. Octobris 1604. apud Nicol. l. c. n. 52. & Pellegrin. l. c. n. 21.

17 Vicarius Generalis potest petere a iudice laico auxilium brachii secularis in causis, in quibus potest Episcopus; cap. 1. ubi Canonistæ, de offic. Ordinarii cap. Dilecto, de sentent. excomm. in 6. Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. & sess. 15. de regularib. cap. 5. & sess. 25. de reform. cap. 3. Pellegrin. l. c. n. 23. cum Gratian. Genuens. Menoch. Molina, Ridolphin. Barbosa. Covarrub. & aliis ibi citatis, & aliis passim.

18 Vicarius Generalis Archiepiscopi, ipso Archiepiscopo absente, & a sua Provincia distante, potest intervenire iusta aliqua, & gravi causa Episcopos Suffraganeos suspendere, interdicere, & excommunicare, textu claro in cap. Romana Ecclesia 1. §. Officiales autem, de offic. Ordinari. in 6. Vid. verb. Archiepiscopus art. 1. n. 20.

19 Non potest Vicarius Generalis, etiamsi fuerit Episcopus, ex generali commissione sine speciali mandato Episcopi exercere ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, ut consecrare ecclesias, & altaria, Chrisma, & Oleum Sanctum conficere, Sacramentum Confirmationis, & Ordinis conferre, calices consecrare, & alia huiusmodi; Rebuff. in praxi benef. tit. de Vicario n. 33. & n. 168. cum seq. Sbroz de Vicario Episcop. lib. 2. quest. 5. numer. 10. & quest. 6. cum seq. Azorius part. 2. lib. 3. cap. 45. quest. 9. & cap. 46. vers. Confirmationes: Ugolinus de offic. & potest. Episcop. cap. 4. §. 7. num. 2. vers. 8. Franciscus Leo in thesaur. fori Eccles. p. 1. cap. 12. Barbosa part. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 54. n. 93. cum aliis ibi citatis, Pellegrin. l. c. n. sub. sect. 2. d. n. 1. ad 5. & aliis passim.

20 Item non potest sine speciali mandato synodum congregare; Glossa in cap. Tua nos verb. Vicarii, de offic. Vicarii; & in cap. Quod ad translationem verb. Item Congregatio, de offic. Legati, Pellegrin. loc. cit. num. 47. Rebuff. in praxi benef. de forma Vicarii num. 151. Sbroz lib. 2. quest. 46. num. 1. Barbosa cit. alleg. 54. n. 103. cum aliis ibi citatis, & super Trident. sess. 24. de reform. loc. cit. num. 21. cum aliis ibi allegatis, ubi insuper refert ex Sello sic fuisse resolutum a Sac. Congr. Concilii 11. Augusti. 1618. Quamvis enim ipse in Summ. Apostol. dec. verb. Vicarius Gene-

ralis collectan. 715. num. 3. dictam Sacræ Congreg. decisionem refert in contrarium, nihilominus, ut recte notat ex aliis Ventiglia tom. 1. annot. 14. §. 1. n. 37. ipsa Sac. Congr. decisio cantat pro nostra opinione, quod non potest Vicarius Generalis absque speciali mandato non posse Synodum congregare, & fortasse Barbosa in dicta Summa inadvertenter omisit dictionem Non.

Item non potest suo arbitrio constitutiones synodales mutare; Sac. Congr. Rit. 25. Februar. 1606.

Item non potest sine speciali mandato diocesim visitare, quia visitatio videtur Episcopis tantum reservata, qui per seipsos visitare tenentur singulis annis, & ipsis legitime impeditis, per suos Vicarios; cap. Decernimus 10. caus. 10. quest. 1. cap. Episcopum 11. eadem caus. & quest. cap. Inter cetera, de offic. Ordinarii. cap. Si Episcopus 6. eod. in 6. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 8. & sess. 24. de reform. cap. 3. Rebuff. loc. cit. num. 100. Sbroz lib. 2. quest. 120. num. 2. Pellegrin. loc. cit. num. 46. Barbosa cit. alleg. 54. n. 102. & aliis passim.

Item non potest sine speciali mandato exigere ca- thedricum, seu synodicum, quod Episcopis debetur ratione subjectionis; Sbroz lib. 2. quest. 38. num. 6. Barbosa cit. alleg. 54. num. 123. Pellegrin. loc. cit. num. 49. & aliis.

Item nequit sine speciali mandato imponere, & exigere charitativum subsidium; Barbosa cit. alleg. 54. num. 122. Bellencin. in tract. de charitativo subsidio quest. 11. per tot. Azorius in tit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 14. quest. 5. vers. Vicarius. Sbroz lib. 2. quest. 48. n. 6. Pellegrin. loc. cit. num. 48. & aliis.

Item sine speciali mandato nequit se intromittere in causis criminalibus, quæ enumerantur inter negotia magis ardua, cum in eis tractetur de vita hominis, & de poena graviter infligenda, arg. cap. Veniens 15. & cap. Qualiter 24. de accusationibus. Unde pro ipsis causis debet habere speciale commissionem, textu expresso in cap. Licet, de offic. Vicarii in 6. ibi: "Potestatem tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliorum excessus, seu aliquos a suis beneficiis, officiis, vel administrationibus amovendi, transferri nolumus in neundem, nisi sibi specialiter hæc committatur."

Item sine speciali commissione nequit beneficia conferre; cap. ultim. de officio Vicarii in 6. & communis Doctorum cum Barbosa cit. alleg. 54. num. 6. Pellegrin. loc. cit. num. 13. Ventiglia loc. cit. num. 8. & aliis. Neque potest sine speciali mandato resignationes, & permutationes beneficiorum admittere, & approbare; cap. Quesitum, de rer. permutat. Barbosa loc. cit. numer. 66. cum pluribus ibi allegatis, Pellegrin. loc. cit. num. 14. Ventiglia l. c. n. 9. & aliis passim.

Immo etiamsi Vicarius habeat speciale mandatum ad recipiendas resignationes beneficiorum, adhuc non potest conferre beneficia coram ipso resignata sine speciali mandato ad conferendum; Rota decis. 5. aliis 487. n. 2. & 3. in novis; quod affert Sbroz lib. 2. quest. 71. num. 9. Pellegrin. loc. cit. num. 14. Rebuff. loc. cit. numer. 105. & 105. Ventiglia loc. cit. n. 10. cum aliis ibi allegatis, Barbosa cit. alleg. 54. num. 67. & aliis.

Neque potest sine speciali mandato beneficia unire, neque uniones revocare, aut ecclesias dividere; Lotter. in tract. de re beneficiaria lib. 1. quest. 28. d. n. 118. Garcias de benef. part. 12. cap. 2. num. 69. Sbroz lib. 2. quest. 115. Barbosa cit. alleg. 54. num. 72. Ventrigl. l. c. n. 12. Pelleg. l. c. n. 15.

Neque potest absque speciali mandato beneficia erigere, aut jurispatronatus fundationis consensum prestare; Barbosa l. c. n. 71. Pellegrin. loc. cit. n. 17. & 22. Riccius in dec. Cur. Archiepiscop. Neapolit. part. 1. decis. 140. & aliis.

Item neque potest absque speciali mandato beneficia supprimere; Barbosa loc. cit. n. 71. Sbroz lib. 2. q. 117. num. 5. Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 12. n. 129. cum seq. Pellegrin. loc. cit. num. 16. & aliis.

Neque potest absque speciali commissione juspatronatus reservare alicui ex causa donationis, fundationis, vel constructionis; Garcias de benef. part. 5. cap. 9. num.

num. 43. Vivian. in praxi jurispatr. part. 1. lib. 1. numer. 24. in prima edition. aliis lib. 2. cap. 1. num. 10. Sbroz lib. 2. quest. 31. num. 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 303. num. 12. Pellegrin. loc. cit. num. 19. Barbosa loc. cit. num. 74. adducens ultra alios Doctores etiam ad id plures Rotæ decisiones.

22 Neque sine speciali mandato donationi Jurispatronatus decretum interponere, vel auctoritatem, seu assensum præstare valet, quia hoc est de Jurisdictione gratuita, & non necessaria, ut in cap. unic. de Jurispatronat. in 6. Riccius in praxi aurea resolut. 469. Zerola in praxi Episcop. verb. Vicarius §. 11. & 13. Pellegrin. loc. cit. num. 20. Barbosa loc. cit. num. 75. cum pluribus ibi allegatis, adducens insuper ad id varias Rotæ decisiones.

23 Neque sine speciali commissione presentare potest ad beneficium Jurispatronatus ad Episcopos presentationem pertinens; Lambertus de Jurispatr. part. 3. lib. 2. quest. 110. num. 2. Sbroz lib. 2. quest. 110. num. 2. Garcias de benef. part. 5. cap. 8. num. 82. Pellegrin. loc. cit. num. 21. Barbosa loc. cit. num. 82. & aliis apud ipsos.

24 Neque novas parochias erigere, nec alia beneficia creare, neque in creatione novæ Dignitatis auctoritatem præstare, cap. Nemo, ubi Glossa verb. Veniat per se, vel per alium, dist. 1. de consecrat. Rota in Segobien. capellanæ 28. April. 1605. coram Ubaldo, Garcias de benef. part. 5. cap. 9. num. 75. Pellegrin. loc. cit. num. 22. Barbosa loc. cit. num. 76. cum aliis ibi allegatis.

25 Neque potest sine speciali mandato imponere pensionem super beneficiis, ubi Episcopus ob aliquam justam causam, v. g. pro bono pacis, & concordia possit; Sbroz lib. 2. quest. 71. num. 14. Moneta de commutat. ult. voluntat. cap. 5. num. 496. Pellegrin. loc. cit. num. 24. Barbosa loc. cit. num. 77. Ventiglia loc. cit. num. 13. & aliis.

26 Neque potest absque speciali commissione coadjutorem Vicarium Rectori imperito deputare secundum formam Sacri Concilii Trident. sess. 21. de reformat. cap. 6. Sbroz de offic. Vicarii lib. 2. quest. 112. d. num. 2. Puteus decis. 239. num. 2. Ventrigl. loc. cit. num. 13. Barbosa loc. cit. num. 23. & aliis.

27 Neque absque speciali concessione potest Oeconomus ecclesie constitui; Sbroz lib. 3. quest. 53. numer. 2. Felin. in cap. Quoniam in fine, de offic. Ordinarii, Barbosa loc. cit. num. 78. Pellegr. loc. cit. num. 24. Ventiglia loc. cit. num. 13. & aliis.

28 Neque potest absque speciali commissione aliquem ab Ordine deponere, aut amovere à suo beneficio, officio, vel administratione, textu expresso in cap. Licet, de offic. Vicarii in 6. Vide verba adducta supra numer. 25. Barbosa loc. cit. num. 79. Ventrigl. loc. cit. num. 13. Pellegr. loc. cit. numer. 25. & ipso teste alii communiter.

29 Neque sine speciali mandato potest clericum exilio condemnare, aut ab exilio revocare; Abbas in cap. lit. numer. 3. de calumn. & in cap. Cum non ab homine num. 4. de iudiciis, Sbroz lib. 2. quest. 155. num. 2. & quest. 155. num. 4. Barbosa loc. cit. numer. 79. Pellegr. loc. cit. num. 26. & alii apud ipsos.

30 Neque potest sine speciali concessione ecclesias dirutas, & vetustate collapsas, quæ ob illarum, & parochianorum inopiam nequeunt restaurari, in matrices erigere, vel in alias viciniores ecclesias transferre; Francisc. Beo in thesaur. for. ecclesiast. part. 2. c. 10. num. 16. Barbosa loc. cit. n. 81. Sbroz lib. 2. quest. 117. num. 3. Pellegr. loc. cit. num. 27. & aliis.

31 Neque sine speciali mandato potest mutare statum alicujus ecclesie, etiam in casibus, in quibus id potest Episcopus; Moneta de commut. ult. volunt. cap. 11. n. 358. & 360. Barbosa l. c. n. 81. Pelleg. l. c. n. 28. & aliis.

32 Neque sine speciali mandato alienare potest res ecclesie, aut in alienationibus, seu transactionibus eandem rerum decretum interponere; Sbroz lib. 2. quest. 118. num. 2. Pellegr. loc. cit. num. 29. & 55. Barbosa loc. cit. num. 106. & alii plures apud ipsos.

Neque sine speciali commissione potest concedere licentiam ædificandi nova monasteria, & conventus in loco suæ diocesis ex eo quia est de majoribus; Sac. Congr. Concilii 11. Julii 1620. apud Barbosam in Summa Apostolic. decis. Collectan. 715. num. 10.

Neque potest, quando celebrat, habere duos Cappellanos, sive Clericos, qui illi cum cotis inservant; Sac. Congr. Rit. 7. Augusti. 1627.

Neque in altari quatuor candelas accensas tenere, nisi hoc fieret in illo altari propter solemnitatem diei festi; Ead. Sac. Rit. Cong. 7. Augusti 1627.

Neque potest facere circulum in missa solemnè ante Episcopum cum Canonicis ad Gloria, Credo, & Sanctus &c. Sac. Congr. Rit. in Maeraten. 28. Septembris 1630. apud Pellegrin. loc. cit. sub num. 10.

Neque potest baldachinum erigere, absente Episcopo in Ecclesiis exemptis, in Altis Monachis; Sac. Rit. Congr. in causa Congregationis Cassinensis 10. Julii 1621. apud Pellegr. loc. cit. sub num. 11.

Neque potest, absente, vel impedito Episcopo, facere functiones Episcopales, sed spectat facere ad primam Dignitatem Capituli, & successive ad alios; Sac. Rit. Cong. in Algaren. & Brundusina 20. Decemb. 1661. & in Alatriana 22. Januar. 1618.

Neque potest sumere paramenta de altari, quia hoc facere solum Episcopis permittitur; Ead. Sacra Rit. Cong. 7. Julii 1612. apud Pellegrin. loc. cit. n. 11. Nisi propter necessitatem ob loci angustiam id fieri, uti alii Sacerdotes in simili casu faciunt, & tunc ipsa paramenta, non in medio altari, sed in cornu Evangelii sumere debet, ut declaravit ead. Sac. Rit. Cong. die 7. Julii 1612.

Neque potest uti Vicarius Generalis missas conventuales, aut Pontificales celebrare, nec SS. Sacramentum, aut sacras reliquias paratis deferre, nec aliis se immiscere functionibus ecclesiasticis, sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant; Sacra Cong. Episcop. 19. Sept. 1627. apud Barbos. in Summa loc. c. n. 12.

Neque potest Vicarius uti annulo tempore, quo celebrat, licet sit Protonotarius Apostolicus non participans; Sac. Rit. Congr. 11. Febr. 1623. apud Gavant. in manual. Episcop. verb. Missæ ritus num. 12. & Pellegrin. loc. cit. num. 12. & multo minus, si sit Canonicus Cathedralis; Ead. S. Rit. Cong. 28. Novemb. 1629. apud Gavant. loc. cit. num. 13. & Pellegrin. loc. cit. num. 13. Sed vide verb. Annulus numer. 8. ubi ex posteriori decreto Sacræ Rit. Cong. 4. Aug. 1663. dicitur, quod possunt Canonici cathedralis missam celebrare cum annulo auro, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie.

Nec potest prohibere Canonicis, ne officium inchoent, donec ipse veniat, quia statim dato signo est inchoandum; Sac. Rit. Cong. 25. Februarii 1606.

Neque prætere, ut ipsi missam solemnem cantanti assistant Canonici, & faciant circulum ante ipsum; Sac. Rit. Cong. 8. Martii 1595.

Neque potest dare benedictionem Diacono, antequam cantet Evangelium, neque benedicere Prædicatori, antequam pulpitum ascendat; Sac. Congr. Rit. in Pacen. 17. Martii 1607. apud Pellegr. loc. cit. num. 9.

Neque potest impedire, quod Parochi denuntiationes faciant absque sua licentia; Sac. Congr. Concil. 27. Martii 1617. apud Barbosam loc. cit. num. 11.

Neque potest intervenire Capitulo, si sit exemptum; Sac. Congr. Concilii apud Barbosam loc. cit. num. 13. Vel si nobilit Canonici; Ead. Sac. Congr. Concil. in Amerin. 24. Apr. 1632.

Immo neque absente Episcopo potest in Capitulo intervenire; Ead. Sac. Congr. Concilii apud Barbosam loc. cit. num. 15. Et si sit de Capitulo, debet inde exire, ubi tractandum fuerit de rebus ad suum, vel Episcopi commodum pertinentibus; Sac. Congr. Episcop. & Régul. 17. Jun. 1584. apud Barbosam loc. cit. num. 15.

Neque potest concedere licentiam alteri Episcopo exercendi Pontificalia in sua diocesi, nisi habeat ad